

imprudentes (vti re vera sunt) insanos esse. Nonne putas, perpaucos esse in hac vrbe prudentes, imprudentes plurimos, quos insanos apellas? *Al.* Equidem. *So.* An censes, nos tutos inter hos insanos ita versari, quin ab eis percutiamur, ac verberemur, et quaecunque furiosi facere consueuere patientes, iamdudum poenas non fuisse duros? Sed vide, o beate, ne aliter se res habeat. *Al.* Quo pacto se habet, o Socrates? apparet enim, non ita esse, vt putaram. *So.* Non certe, vt mihi videtur. sed hoc fortasse pacto cogitandum est. *Al.* Quonam? *So.* Dicam tibi. Putamusne aliquos aegrotantes esse, necne? *Al.* Omnino quidem. *So.* Numquid necessarium opinaris, omnem aegrotum cruciari dumtaxat podagra, vel febris, vel lippitudine? an etiamsi nihil istiusmodi patiatur, posse tamen aliis morbis affici, cum multae sint morborum species praeter istas? *Al.* Sic mihi videtur. *So.* Omnis igitur lippitudo morbus tibi videtur? *Al.* Mihi certe. *So.* Et omnis morbus etiam lippitudo? *Al.* Non mihi quidem: nescio tamen quid asseram. *So.* Si dicenti mihi mentem adhibeas, et ambo simul inuestigemus, fere quod volumus consequemur. *Al.* Adhibeo, quam maxime possum. *So.* Nonne conuenit inter nos, lippitudinem omnem esse morbum; non omnem tamen morbum

— υπολαμβανομεν γε] In C. V. abest γε. — που γε εσι] C. V. που τε εσι. Bene! — σχεδον] C. V. τυχον, quod

mus *μανια* vocatur. Sed nihilo minus et inferiores gradus eiusdem naturae sunt, licet non nomine *μανιας* notentur. Cf. Xenoph. Mem. Socr. III, 9. 6. 7.

² ἕτεραν νοσεν νοσον Οἰοντε] scil. *ενας*.

³ συν τε δυο] Est Homericam imitatio. Iliad. κ. 224 est: *συν τε δυ' ερχομενω*. Ad eundem locum alludit in Sympos. et in Protagora. Alludit etiam Cicero ad Diu. IX, 7. ad Attic. IX, 6. GOTTL.

K